



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

50.
55

Propemptica

Scripta ad

IVVENEM ORNA-
TISSIMUM, ET VIRTU-
TIS, DOCTRINAQUE ET IMPRI-
mis LL. studio commendatissimum, D. BALTHA-
SARUM HENSELIUM, Bernburgensem,
cum ex veteri Soraborum Metropoli, &
illustri Gymnasio disce-
deret,

AB AMICIS.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber.

Anno M. D. XCIIII.

S I sudum est, canit atq; altè libratur alauda,
Sed piget & corvus delitet ager humi.
Sin turbo est, vix inferius requiescit alauda:
Sed corvus gyri trudit ad alta sinus.
Haud secus, ut pax est, & verbo consona durant,
Occinit, & floret nomine praeo Dei.
Interea corvus vix Schismate mussit at agro.
Et Flacium virus vix crocitare potest.
Tanta sacri verbi vis est, & flaminis ortus,
Hujus ut intuitu frivola falsa labent.
At jam dum Flacias glomeravit turbo procellas,
Dux verbi erigitur turbine Schismaticus.
Vigetur sacralis, terretq; potentia justos,
Et sumit partes judicis ipse reus.
Sic corvus crocit at, diris Anathemata telis,
Atq; bonos pellit sedibus, urbe, domo.
Effūit Helleborum: medijs, summa, infima turbat,
Impunè quodvis fingit & audet opus.
Nil probet: & verum tamen est, modò dixerit iste:
Ne contradicat pellitur urbe pius.
Ergo silent Synodi, mutilantur symbola patrum,
Torquentur miserè Biblia jura dolo.
Exulat ipse pius, trepidaq; quiescit in umbra,
Luget alauda vago turbine pulsa solo.
Pulpita, qua doctis privant, rudioribus implent,
Perjuro fanum creditur, ac solium,

Sic sæpè insulsos aliena incommoda tollunt:
Sed mox, si marcet vis violenta, ruunt.
O mores hominum vanos, o tempora vana:
Nil tua sunt Caesar, nil tua jura Deus.
Tu Caesar Synodum patrum conscribe piorum,
Si pia sunt, firmant civica jura Deum.
Tu Deus evigila, propriam tue aeq; causam,
Ne præjudicium juribus anteeat.
Non persona mihi tantj est, qua deroget arti:
Cur persona sacris deroget ergo Dei?
Spiritus intus agit Vatem, qui personat actum:
Stat, quia vox superũ est: Non, quia dictat ho-
Disperat, qui vim Flaciam cœlestibus infert: (mo.
Opprimet hunc vindex gloria quippe Dei.
Vera loquar, premar exilio, vel morte, perinde est
Prestat non corvo, sed placuisse Deo.
Hac ego: sed cur constituis discedere terris
Firmiter hinc sanctis, fratris habende loco?
Cum tamen hic summo celebretur honore I E H O V A:
Quem docti vera religione colunt.
An, quia cum studijs mutabis sacra prophanis?
Non ita: sic superum conciliatur amor?
An, ne cognoscas veteris vestigia flamma?
Dulciferæ Veneris premia quippè tenes.
Ota quò turpis sectaris inertia vitæ?
Non ita? pulvinar Lucifer, ecce, tuum.

An,

An, quo divitias capias, quas Phœbus Apollo,
Quas Aganippai numina fontis habent.
Scilicet id propter properas ad flumina Sala:
Hoc placet, effectum det Deus, ipse precor.
Quanto ardore animi, quanto conamine mentis,
Hic affixus eris pervigil usq; libris.
Vade (nec invideo): Quis temporis hujus honores,
Tot tantosq; satis commemorare queat?
Hic ubi vicisti molimina dura laborum,
Aurea mox duri meta laboris erit.
Sed te forte moror? Factum fortuna sequatur,
Ipse Deus MVSI S fautor & autor erit.

GEORGIUS MONNER u. S.

*Sibi poetici
supra t.*

A L I V D.

P Allentes viola miscentur suavibus herbis:
Ridet ager, viridi fronde juvatur amor:
Quin etiam volucres demulcent suaviter aures
Cantibus assiduis letificisq; sonis.
Cuncta per æstatem letantur: Et æthere læto
Dulcia suaviloquus carmina fingit amor.
Omnia jam rident: Ducit sua quenq; voluptas:
Gaudet in alternis mentibus æquus amor.
Suavisona tremulo tanguntur pollice Chorda:
Iamq; Lyæus amat pocula, plena mero.

A. 3

Hinc

Hinc studiosa cohors perdulces arripit auras:
 Spirat ab herbosis lenior aura jugis.
 Inde tibi mens est gratis discedere terris:
 Inde tuos animos pleetra sonora movent.
 Inde tuam mentē, *P*ERDULCIS *A*MICÆ, subintrat,
 Pinguia sub viridi rura videre jugo.
 Est etenim studijs locus is florentibus aptus,
 Ingenijs pollet, sedulitate viget.
 Turrigeram, doctis comitantibus, jbis in urbem:
 Conspicuis, urbs est quæ celebrata viris
 Dum modo succensus febris non occupet artus,
 Candida nec mutet fervidus ossa calor.
 Iuris amator eris, studiosus juris *E*t æqui:
 Annuet hinc cæptis aura suprema tuis.
 I pede percupido, quò te vocat ardua *V*IRTUS,
 Ipsa, vel invit a morte, perennis erit.
 Hac tibi sub prato residens florente canebam,
 Quò benè perspectus continuetur amor.

Τῆς Φιλίας ἔνεκα.

DAVID MONNERUS
 Northusanus. Ch.

ALIVD.

| Annè paras abitum? iucundas linquere terras
 | Vnde animus? cum sis cinctus amore tui.

Tu

Tu potes ingenuam verbis mollire cohortem,
Et redamantis habes verba, fidemq; geris.
Viximus ingenuo resolutis igne medullis
Incensi: Quia mens una erat, unus amor.
Vna fides regnans, nobis fuit una voluntas,
Non peregrina igitur nos resecabit humus.
Vive valeq; diu, felicibus utere fatis,
Et pede retrogrado carpe salutis iter.
Aspice nos olim tecum tot lusibus aptos:
Æternum nostri pignus amoris habe.

PAVLVS SCHLEIFFER
Serevestanus, amicitiaẽ ergo.

AD AMICOS VALEDICEN-
tes, valedictio abeuntis.

HAs sylvas, fratres, & dulcia rura colebam
Vobiscum, virides flores, ramosq; recisos
Gessimus, amplexus o quantum gaudia mentis:
Sed pia fata volunt alienas visere terras,
Atq; peregrinas Musas florentibus annis
Sectari: Quare, quas possum, profero grates
Dulcis amicitia cultoribus: Exere vultus
Exere luciferos Sol: VIVITE sanguine leto:
Dulcis amicitia memores VALEATIS amici.

BALTHASAR HENSELIVS
Bernburgensis, Anhalt.

W 1996

8

ULB Halle 3
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
 nicht zu ermitteln!
 28 a / 50 1996 /

W 17 M





Propemptica

Scripta ad

50.
55

VVENEM ORNA-
TISSIMUM, ET VIRTU-
TIS, DOCTRINAQUE ET IMPRI-
nis LL. studio commendatissimum, D. BALTHA-
SARUM HENSELIUM, Bernburgensem,
cum ex veteri Soraborum Metropoli, &
illustri Gymnasio disce-
deret,

AB AMICIS.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber.

Anno M. D. XCIIII.

